

213.



5.
CLASSIS TERTIÆ

Disputatio I.

DE MALEFICIO IN GENERE:
in specie verò, de furto & ra-
pina,

QVAM;

Auspice D. O. M.

P R Æ S I D E

C L A R I S S I M O

E T C O N S V L T I S S I M O V I R O,

D O M I N O H E N R I C O B O C E R O, V. I. D. E T P R O-

fessore in Illustri Tubingensium Academia celeberrimo,

praeceptore per honorando:

O R D I N A R I I E X E R C I T I I G R A T I A

hora, locoque consuetis pro ingenij viribus defen-
dere conabitur

S I M O N H Ä N D L A V S T R I A C V S.



T V B I N G Æ,

Apud Georgium Gruppenbachium,

A N N O M. D. X C V I I.

CLASSIS PERSIAE

Dignitas

THE MANNING COLLECTION

UNIVERSITY OF CHICAGO

1845

Classis Persiae

Classis Persiae

Classis Persiae

Classis Persiae

Classis Persiae

Classis Persiae

Classis Persiae

Classis Persiae

Classis Persiae

Classis Persiae

Classis Persiae

Classis Persiae

Classis Persiae

Classis Persiae

Classis Persiae

Classis Persiae

Classis Persiae

Classis Persiae

Classis Persiae



CLASSIS TERTIÆ

Disputatio I.

DE MALEFICIO IN GENERE;

in specie verò de furto &

rapina.

THESIS I.



ATIO INSTITVTI ORDINIS (a) IVBET, vt dehinc de maleficio dispiciamus. Maleficio (b) est actus, (c) quo quis alij dolosè (d) nocet. (e)

(a) *Suprà classe 1. Disput. 2. Thes. 41.* (b) *Maleficij nomen generale est, quod pertinet tum ad delicta priuata §. sequens deuisio Inst. de oblig. & princ Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. iunct. Rubr. ff. de priu. delict. tum etiam ad crimina extraordinaria et publica l. ita vulneratus 51. §. Quod si quis, ibi, cum neq. impunita maleficia esse oporteat ff. ad l. Aquil. l. si à reo 70. §. vlt. ff. de Fideiuss. & l. bona fides 31. in pr. vers. veluti reus capitalis iudicij, iunct. vers. nam male meritus ff. Depositi. Est & illud hic notandum, quod Cuiac. in commentar. in lib. 10. question. Papin. pag. 232. scribit, maleficij nomen pertinere tantum ad eos, qui sponte delinquunt: delicti v. nomen ambiguum esse, quia & maleficio & culpam significet, per l. 1. de legib. & l. cum mancipium 52. in pr. ff. de Edil. Edicto. quibus etiam addi potest l. 1. C. si aduersus delictum. (c) vt sit maleficio, sola cogitatio malefaciendi non sufficit, sed actus aliquis siue factum requiritur l. 1. §. Inde sola cogitatio l. si quis vxore 52. §. neq. verbo ff. de furt. l. cogitationis 18. ff. de poenis l. Item apud 15. §. si curauerit quis. ff. de Iniur. l. obligamur 52. §. ex peccato ff. de oblig. & Act. & §. 1. vers. hæc verò. Instit. de oblig. quæ ex delict. nasc. Quia autem maleficij species varia sunt, ideo generis loco Actus verbo vtor, quod generale est, l. Labeo 19. ff. de V. S. l. actus 8. C. de Ferijs & l. actus 77 ff. de R. I. (d) Hoc differt maleficio à quasi maleficio, quo quis alteri culpa sua nocet. tot. tit. Inst. de obligat. quæ quasi ex delict. nasc. (e) Verbum nocere pertinet non tantum ad ea, quæ in corpus admittuntur, l. 1. §. hæc autem verba ff. De his qui effud. vel deiec. Sed etiam ad damna, quæ in rem facta sunt l. is cuius 25. ff. de aqu. & aqu. plu. arcend. Proindeq. cum Donello lib. 15.*



DE MALEFICIO

Commen. cap. 23. pag. 445. in fin. haud ineptè eo verbo utimur in definitione maleficij.

II.

In maleficio autem generaliter spectamus tum personas, quæ admittere maleficio possunt, tum etiam maleficij species.

III.

Personas illas quod attinet, tales eæ sint necesse est, ut doli capaces noscantur, & voluntatem ac propositum delinquendi habeant. (a) Vnde neque infans, (b) neque furiosus, (c) neque dormiens, (d) maleficio admittere potest.

(a) *l. qui iniuria 53. in pr. ff. de furt. l. si non conuicij 5. C. de Iniur. l. quod Reipub. 33. ff. d. tit. l. Diuus 14. ff. ad l. Corn. de Sicar. l. quoniam multa 6. C. ad leg. Iul. de vi pub. Obstat videtur l. 2. C. Si aduers. delict.* (b) *l. infans 12. ff. ad leg. de Sicar. l. impuberẽ 23. ff. de furt. l. pen. in fin. ff. de Fideic. libertat. l. 1. §. furiosus ff. de acquir. vel amit. poss. c. vn. tit. 4. de homicid. lib. 4. Clementin.* (c) *d. l. Cornel. infans 12. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. l. 5. ff. de R. l. l. 1. §. furiosum ff. de oblig. & Act. d. l. 1. §. furiosus ff. de acquir. vel amit. poss. l. Diuus 14. ff. de Off. præsid. d. c. vn. de Homicid.* (d) *d. l. 1. §. furiosus vers. Sicuti si quis dormienti ff. de acquir. vel amit. possess. dict. c. vn. Clement. de homicid. Tiraq. de pœnis temperand. aut remitt. causa 5. Sed vide Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 4. casu 327.*

IV.

Impubes autem proximus pubertati, cum doli capax sit, maleficio committere potest: (a) sicut & ebrius, quamuis hic mitius puniatur, (b) nisi ebriosus fuerit, (c) ut & pupillus. (d)

l. pupillum 111. ff. de R. l. l. impuberem 21. ff. de furt. & §. in summa Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. (b) *l. vn. C. si quis Imp. maledix. l. omne delictum 6. §. qui se vulnerauit, vers. per vinum ff. de Remilit. l. milites 12. in pr. vers. si tamen per vinum ff. de custod. reor. l. perspiciendum 11. §. pen. vers. impetu autem ff. de custod. reor. Tiraq. in tract. de poen. temper. causa 6. & Menoch. dict. lib. 2. cent. 4. casu 326.* (c) *Andr. Geyl. lib. 2. obseru. pract. obseru. 110. num. 26. & 27.*

V.

Species maleficij sunt; Delictum priuatum, extraordinarium crimen, & crimen publicum.

l. 1. §. Stellionatus ff. de priuat. delict. l. 3. & tot. tit. ff. de extraord. crimin. & tit. ff. de publ. delict. l. aliud est fraus 131. in fin. vbi Cuiac. de V. S. l. in eum 15. ff. de
Accu-

I N G E N E R E . & c .

Accusat. l. quid sit 17. §. noxas ff. de AEdil. Edict. Ioan. Robert. lib. 1. animaduers. iur. ciuil. c. 6. Petr. Fab. ad l. nemo 70. ff. de R. I. pag. 281.

VI.

Delictum priuatum est maleficium, quo nocetur alicui priuato, & ex quo eidem ciuilis, forensis, priuata, id est, ad priuatum commodum, actio iure ordinario exercenda, prodita est.

l. licet 42. in pr. ibi quasi priuata actionis & §. 1. ff. de procurator. d. l. quid si fugitiuus 17. §. noxas vers. ex priuatis ff. de AEdil. Edict. l. vlt. ibi siquidē pecuniariter agere velit ff. de priuat. delict. l. vlt. ibi, poterit ciuilitate agere ff. de furt. l. iniuriarum 7. ibi, sed priuati continet querelam C. de iniur. §. in summa vers. Et si quidem ciuilitate Inst. eod. tit. l. quod Senatusconsultum 6. ibi, priuato agere iudicio. Item ibi, quia ad priuatam causam pertinet, l. constitutionib. 37. §. 1. ibi, actio ciuilitate moueri potest ff. d. tit. l. 3. §. 1. ibi, quod enim in priuatis iudicijs ff. Stellionatus. l. 2. §. 1. ff. vi bonor. rapt. l. 1. §. vlt. ibi, ad examinationem ciuilem ff. de Abigeis l. 1. §. 1. ibi quo forenses quoque actiones ff. de incend. ruin. naufrag. l. 1. §. 1. ibi, non solum in criminalibus, sed etiam in pecuniarijs litib. ff. de testib. l. interrogari 15. ibi non solum in criminali causa, sed etiam in pecuniaria C. de Question. l. properandum 13. in pr. C. de iudic. l. 2. ibi ad ius ordinarium remittendi sunt ff. de Effector. vide Duar. lib. 1. disput. anniuers. c. 35. 36. & 37. & eundem ad tit. ff. de priuat. delict. & Cuiac. lib. 8. obseru. c. 33.

VII.

Est autem delictum hoc, vel nominatum, vel innominatum. (a) Nominatum, veluti furtum, rapina, damnum, iniuria: (b) de quibus ordine agemus. (c)

practici legum. l. 3. §. 2. ff. stell.

(a) Cuiac. in paratit. ff. tit. Stellion. (b) l. 4. ff. de oblig. & Act. & §. 1. Inst. de furt. quibus locis per metonymiam Effecti, damnum significat ipsum maleficium (c) hac, & seqq. disputat.

VIII.

Furtum est delictum priuatum, (a) fraudulosa (b) rei alienae (c) contrectatione (d) lucri causa (e) facta, commissum.

(a) l. infamem 7. ff. de publ. iudic. l. 1. in pr. & §. 1. & vlt. ff. de priuat. delict. (b) l. 1. §. vlt. ff. de furt. & §. furtum 2. Inst. de oblig. quae ex del. nasc. (c) §. furtum autem sit Inst. de obl. quae ex del. nasc. (d) d. §. furtum est, ibi est contrectatio & §. furtum autem sit Inst. de obl. quae ex del. nasc. d. l. 1. §. vlt. l. quamuis 6. ibi, furtum contrectando fiat l. ei, qui 9. in pr. ibi assidua contrectatione l. Eum qui 14. §. Iulianus quoque, ibi, qui eam contrectauit l. cum as 20. §. 1. ibi, & eam contrectauero l. vulgaris 21. in pr. vers. nam & ibi, contrectauerit & §. seq. ibi & contrectat, & §.



& §. Item, si maioris, ibi, vt contrectet, deinde contrectauit quasdam & §. seq. ibi, quamuis id contrectare l. si quid 22. §. 1. ff. de furt. l. si quis 20. vers. nobis itaque, ibi, res eius contrectat C. d. t. Est autem rem contrectare, intercipiendi causa loco rem mouere, etiamsi non auferatur à loco l. 1. §. sic is, ibi, si intercipiendi causa ff. de furt. l. 3. §. si rem 18. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. thesaurus 15. ff. ad exhib. d. l. vulgaris 21. §. pen. ibi, quamuis id contrectare nec tollere solus posset, & §. vlt. ff. de furt. (e) d. l. 1. §. vlt. ibi, lucri faciendi gratia ff. de furt. & §. furtum, ibi, lucri faciendi gratia Inst. de obl. quæ ex del. nasc. l. facienda 8. §. 2. ff. Arbor. furt. cesar. Quòd si alio quàm lucri faciendi animo quis rem alienam contrectet, furtum non facit l. verum est 39. l. qui iniuriæ 53. in pr. ff. de furt.

IX.

In furto autem spectamus, tum quis, cui, (a) furtum faciat: tum cuius rei furtum fiat: (b) tum etiam modum furandi: tum denique obligationem & actionem, quæ ex furto nascitur.

(a) l. Falsus creditor 43. §. quòd si dominus ff. de furt. (b) l. verum 25. in pr. l. si is qui 75. ff. d. tit.

X.

Furtum facit, qui doli capax est, dum sciens rem alienam lucri causa contrectat.

l. Impuberem 23. ff. de furt. & §. in summa Institut. de obligat. quæ ex del. nasc.

XI.

Infans ergo furtum non facit, impubes verò pubertati proximus furtum hætenus facit, si doli capax sit, vt furandi affectus in eum cadat.

Per tex. ad thesin præcedentem adscriptos.

XII.

Hinc etiam qui duos sacculos surripit, vnum decem, alterum viginti, quorù alterum suum putauit, alterum scit alienum, huius tantum non etiam illius furtum facit.

l. Vulgaris 21. §. sed etsi quis, ff. de furt.

XIII.

Si quis tamen suam putet rem, quæ est connexa pars rei alienæ principalis, veluti si alieni poculi ansam suam putet, vel alienæ mensæ pedem putet suum, vel lecti alieni fulcrum, totius rei principalis, atque ita etiam partis, quam suam putat, furtum facit.

d. l. Vul-

I N G E N E R E, &c.

d.l. *Vulgaris* 21. §. *sed et si ansam* ff. d. t. *Iuris enim error non excusat* l. 4. l. *Er-
ror* 8. & l. *seq.* ff. de *Iur. & fact. ignor.* l. *quamuis* 11. C. d. t. *Est autem Iuris error
ignorare partem rei principalis eius esse, cuius per accessionem propria facta est, per
l. sed si meis* 26. §. 1. & l. *seq.* in pr. ff. de *acquir. rer. dom.* l. *tigni appellatione* 7. §.
Idem & si armario ff. ad *exhib.* l. *in rem* 23. §. 2. *si quis rei suae* ff. de *Rei vindic.* & l.
cum aurum 19. §. *perueniamus* & §. *seqq.* ff. de *aur. & arg. leg.*

XIV.

Illi autem furtum fit, cui (vt habet Regula Iuris) inuito (a) res aliqua intercipitur, (b) siue dominus sit rei illius, siue eius non sit dominus, sua tamen interfit, rem non intercipi. (c)

(a) l. *si quis* 20. *vers. nobis itaq;* C. de *Furt.* §. *sed et si credat.* Inst. de *oblig. quæ ex del. nasc.* l. *Falsus creditor* 43 §. 1. l. *inter* 46. §. *rectè* & §. *seq.* l. *qui vas.* §. *qui ex voluntate* ff. de *furt.* (b) *Vt contrectandi sic & intercipiendi verbū iuris conditores in hac materia commodè vsurpant,* l. 1. §. *sic is,* l. *cum qui* 14. §. *si epistola,* l. *tutor* 33. l. *falsus creditor* 43. §. 1. ff. de *furt.* Ex quibus locis intelligitur, quòd furtum faciat non modò, qui alij inuito rem eius surripit, sed & qui ab alio volente rem illius accipit, ipso tamen inuito intercipit eam, id est, in suum commodum vertit. (c) §. *furti autem actio ei competit,* & §. *seq.* Inst. de *obl. quæ ex del. nasc.* l. *Itaq;* *fullo* 12. §. 2. l. *qui actioe* 19. §. *pen. & vlt.* & l. *seq.* §. 1. l. *Sed si surripuit* 28. l. *Si is cui* 71. §. *vlt.* l. *Is cuius interest* 85. ff. de *furt.*

XV.

Vnde si credat aliquis inuito domino se rem eius contrectare, domino autem serio volente id fiat, furtum fieri non dicitur.

d. l. *inter* 46. §. *per contrarium* ff. d. t. & §. *sed et si credat.* Inst. de *oblig. quæ ex del. nasc.*

XVI.

Hinc etiam contrectatione rei legatæ, post testatoris, cuius ea propria fuit, mortem facta, furtum fit legatario.

l. *si dominium* 47. in *fin.* l. *si is qui rem* 66. §. 1. & l. *interdum fur* 56. in *pr. vers. sed et si persona* ff. h. t. *Sed obstare videtur l. Is cuius interest* 85. *vers. item is,* cui ff. eod. t. *Vide Cuiac. in lib. 39. Pauli ad Edict. pag. 247. & seq. obstare item videtur, quod ei tantum furtum sit, qui possidet.* l. 1. §. *Scauola* ff. *si is qui test.* lib. esse, & scribit *Cuiac. in lib. 11. quest. Pap. pag. 289. & in lib. 26. quest. pag. 32. & ad l. si gratuitam* 17. §. *vlt.* ff. de *Prescr. verb.* & in *d. lib. 39. Pauli ad Edict. pag. 242. col. 2.*

Pupillo



D E M A L E F I C I O

XVII.

Pupillo item fit furtum à tutore, tum etiam adolescentià curatore, & cuius domino ab administratore alio.

l. tutor 33. ff. de furt.

XVIII.

Cuius interest rem non intercipi, est omnis ille, qui alienæ rei, quam tenet, custodiam præstare iubetur; qualis est conductor rei alienæ, (a) veluti fullo, qui curanda poliendaue vestimenta, & sarcinator, qui sarcienda vestimenta mercede certa constituta accepit: (b) Itemque caupo & nauta, qui saluum fore recepit. (c)

(a) *l. cum qui 14. §. qualis ergo ff. de furt.* (b) *l. Itaq, fullo 12. in pr. ff. d. t. §. Item si fullo & §. fulloni verò Inst. de oblig. quæ ex del. nasc.* (c) *l. vn. §. Quòd si receperit ff. Furti aduers. naut.*

XIX.

Eiusmodi quoque est creditor, cui furtum fit in pignore, si id ei surripiatur: (a) vt & mandatarius, cui in re mandata fit furtum: (b) itemque commodatarius, cui fit furtum in re commodata, (c) nisi dominus contra furem actionem furti elegerit. (d)

(a) *d. l. Itaq, fullo 12. §. sed et si res pignori d. l. eum qui 14. §. Papinianus tractat, & §. seq. §. qualis ergo, l. cum as 20. in pr. ff. eod. 4. §. Vnde constat creditorem Inst. de obl. quæ ex del. nasc.* (b) *d. l. eum qui 14. §. Idem Pomponius ff. d. t.* (c) *d. l. eum qui 14. §. si res commodata & §. non solum autem & §. qualis l. qui vas 48. §. Si ego ff. eod. l. 5. in fin. ff. commod.* (d) *§. quæ de fullone Inst. de obl. quæ ex del. nasc. l. vlt. C. de furt.*

XX.

Similiter & colono furtum fit, (a) atque illi etiam, qui numis colit furtum, fit stantium fructuum, si quis eos surripiat, si quidem fructus, quam primùm sunt decerpti, coloni esse cœperunt. (b)

(a) *l. Eum qui 14. §. præterea habent ff. de furt.* (b) *l. si apes fera 26. §. 1. ff. d. tit.*

XXI.

Et furtum fit creditori, mandatario, in re pignori data, mandata, conducta, commodata, etiam ab ipso domino rei, puta debitore, (a) mandatore, locatore, & commodatore, modò mandatarius, conductor & commodatarius ob aliquas impensas retentionem rei habuerint. (b) Idem etiam dicimus, si quis rem suam amoueat illi, qui ex donatione alterius eam possidet: modò ipsius donatarij interfit reti-

retinere possessionem; veluti si hominem donatum noxali iudicio defendit, vel agrum curavit, vel aduersus vindicantem iustam retentionem habeat. (c)

(a) *l. Itaque fullo 12. §. 2. l. in actione 19. §. pen. et vlt. & l. seq. in pr. l. si debitor 79. ff. de furt. §. aliquando autem etiam sua Inst. de obl. quæ ex delict. nasc. (b) l. creditoris 15. §. vlt. l. si is qui rem 59. ff. d. t. (c) l. qui iniuria 53. §. vlt. ff. eod. t.*

XXII.

Bonæ fidei quoq; emptori, vt & fructuario, furtum fit, non solum ab extraneo, sed & ab ipso domino rei.

l. cum as 20. §. 1. & l. furtiuam 74. ff. eod. t.

XXIII.

Interdum tamen ei furtum non fit, cuius interest rem saluam esse: vt ecce creditori, etsi is aliunde creditum seruare non possit, furtum non fit surreptione rei debitoris, quæ pignoris iure obligata non est: neque mulieri fit furtum in re dotali, sed eius marito.

l. interdum accidit 49. ff. de furt.

XXIV.

Quòd autem de eo cuius interest rem non intercipi, dictum supra fuit, exaudiri ita debet, si ex honesta causa eius interfit: (a) vnde malæ fidei possessori furtum fieri negatur, (b) licet casus fit, quo etiam furi furtum fiat. (c)

(a) *l. tum is 11. & l. qui re ff. h. t. (b) l. Itaq; 12. §. 1. ff. eod. (c) l. qui vas 48. §. si ego tibi ff. d. t.*

XXV.

Dehinc cuius rei furtum fiat, dispiciemus. Eius autem rei furtum fit, quæ contrectari potest, vt est res mobilis, non etiam fundus.

l. Vulgaris 21. §. certè si proponas & l. verum 25. in pr. ff. de furt.

XXVI.

Neque refert, res sit animata vel anima careat. Nam & hominis furtum fit illi, in cuius potestate est, veluti filijfam. (a) itemque serui; (b) tum etiam brutorum animantium, veluti armentorum & iumentorum, (c) puta bouum & equorum, (d) Item gallinarum & anserum, (e) ac pauonum mansuetorum: (f) tum denique piscium expiscina, (g) suis quoque furtum fieri dicitur. (h)

B

(a) *l. eam*

(a) *l. eum qui 14. §. si filiusfam. l. mater filij 38. ff. de furt. facit. l. 1. §. per hanc autem ff. de Rei vindic. & §. Interdum etiam, Inst. de obl. qua ex del. nasc.* (b) *l. Qui vas 48. §. ancilla & §. seq. l. si quis uxori 52. §. si seruus surreptus l. ancilla 60. ff. de furt.* (c) *l. qui iumenta 40. ff. eod. iumenta ab armentis differunt l. boues 89. in pr. ff. de V. S. l. legatis seruis 65. §. iumentis ff. de legat. 3. & l. adiles aiunt 38. §. Iumentorum autem appellatione. ff. de Edil. Edict.* (d) *l. 1. §. abigei autem ff. de abigeis.* (e) *§. Gallinarū Inst. de Res. diu.* (f) *l. si paronem 37. ff. de furtis.* (g) *Weinlich Halsgerichts Ordnung / Carol. V. art. 169.* (h) *l. aut furta 16. ff. de poenis.*

XXVII.

Ferarum autem animantium, quæ proprietate nullius sunt, furtum fieri negamus.

l. Si aper ferus 26. in prin. ff. de furtis. Furtum enim non fit, nisi sit, cui fiat. l. falsus creditor 43. §. Quod si dominus ff. d. t.

XXVIII.

Rebus inanimatis, quarum furtum fieri dicimus, annumerantur quoque arbores, lapides, arenæ & terræ fructus alij: (a) itē lanx, & quid ab ea raditur, (b) tum etiam tabulæ siue cautiones, cæteraque instrumenta, & quod in ijs continetur, si aliæ probationes desint. (c)

(a) *l. verum 25. §. vlt. & l. seq. §. 1. ff. de furtis.* (b) *l. Si quid fur. 22. §. vlt. ff. d. t.* (c) *l. Qui tabula 27. in prin. §. 1. & 2 §. fin. l. Sed si surripuit 28. l. Sed & si imaginem 31. §. 1. & l. seq. in prin. & §. 1. ff. eod. tit.*

XXIX.

Quod si quis ignoret, cuius sit res, quam alicubi iacentem lucri faciendi causa auferat, furti tamen se obstringit: Nihil enim ad furtum minuendum facit, quod cuius sit ignoret.

d. l. falsus creditor 43. §. qui alienum quid iacens ff. de furtis.

XXX.

Vnde etiam earum rerum furtum fit, quæ facto naufragio alicubi dispersæ iacent, vel ex naue eius leuandæ & periculi effugiendi gratia eiectæ sunt hoc animo, vt si saluæ fuerint, recipiantur: (a) nisi piratica, aut hostilis fuerit. (b)

(a) *d. l. falsus creditor 43. §. Si iactum ex naue factum. ff. de furtis §. vlt. Inst. de rer. diuis.* (b) *Auth. Nauigia, C. eod. tit.*

XXXI.

Eadem est ratio illarum rerum, quæ de Rheda currente non intelligentibus dominis cadunt. *d. §. vlt. vers. vlt. Inst. de rer. diuis.*

Vtau-

XXXII.

Vt autem, qui iacentem rem tulit, à furti suspicione & obligatione se liberet, proponat libellum continentem inuenisse & redditurū se ei, qui desiderauerit, & ostenderit rem esse suam: à quo tamen *inveſtor*, id est, inuentionis præmium non probè petit.

d. l. falsus creditor 43. §. Proinde videamus ff. de furtis, c. si quid inuenisti, 14. quest. 5.

XXXIII.

Quòd si non inueniatur is, cuius res inuenta fuit, ex sententia B. Hieronymi Ecclesiæ vel pauperibus ea tribui debet.

c. Nemo qui rapit 14. quest. 5.

XXXIV.

Quod tamen pro derelicto habitum est, eius furtum non fit, (a) etiam si ex naue eiectum fuerit, sed animo derelinquentis: quod plerunq; credendum est, cum eiciens sciat periturum, (b) nisi periculi euitandi causa tempestate exorta eiectum fuerit. (c) Neq; furtum fit hereditariæ rei, (d) quippe cum nullius sint res hereditariæ, antequam aliquis heres existat. (e) Et rerum quæ nullius sunt, furtum fieri nequeat. (f)

(a) *d. l. falsus creditor 43. §. Quòd si Dominus ff. de furtis, (b) d. l. falsus. §. Si iactū ex naue factum, ff. d. t. (c) d. §. vlt. Inst. de rer. diuis. (d) l. Hereditariæ rei 68. cum duab. legib. seqq. ff. de furt. & l. 2. in prin. & l. vlt. ff. Expilator hereditur (e) l. 1. in vers. Nam rei hereditariæ ff. de diuis. rer. (f) l. Si aper feru: 26. in pr. ff. de furtis.*

XXXV.

Est & illud hîc notandum, quòd etiam rei minimæ furtum fiat, (a) tum etiam rei communis. (b)

(a) *§. Gallinarum vers. Ideoq; vbi gl. Schneid. nu. 2. Vvesemb. ibid. ad Schneid. & alij Instit. de rer. diuis. l. 1. §. Illud non interest, ff. de coniungendis, cum emancipat, lib. c. pen. & vlt. 14. quest. vlt. Iul. Clar. post alios lib. 5. sentent. §. furtum. n. 23. Vvesemb. in parat. ff. h. t. n. 10. dissentit Zas. Singul. Resp. 26. & Didac. Couar. lib. 1. variar. resolut. cap. 3. n. 12. vbi scribit: quid hac opinio, etiam si frequentissima omnium calculo recepta sit, sibi nec placeat, nec placuerit vnquam. (b) l. Si solius 45. ff. h. t.*

XXXVI.

Sequitur de M O D O furandi; qui duplex est; formalis & accidentalis. Formalis furti faciendi modus est, quo furtum est id, quod est, & ab alio delicto distinguitur; qualis est ipsa fraudulosa rei contrectatio, causa intercipiendi eam facta.

l. 1. §. vlt. ff. de furtis & §. 1. Instit. de obligat. quæ ex delict. nasc.

XXXVII.

Tria igitur ad constituendam & absoluendam furti formam cō-
iunctim requiruntur. Ipsa rei contrectatio, fraus siue dolus contre-
ctantis, & animus intercipiendi & lucrandi causa, quæ contrectatur.

XXXVIII.

Contrectatio id est, ipsamet motio rei, cū sit necessaria, certè
sola cogitatio furti faciendi non facit furem.

*l. 1. §. ff. de furtis §. qui furtum ff. 6. vulgaris 21. ff. d. t. Si quis furti quadam
faciendi furti causa conclaue alterius intret, nihil tamen in eo contrectet, furtum
non facit.*

XXXIX.

Hinc etiam si quis ex aceruo frumenti modium duntaxat aufe-
rat, non totius acerui, sed eius tantū frumenti, quod abstulit, fur est.
Et qui doliū aperuit, ac parū vini inde sustulit, non totius, sed illi-
us tantū, quod abstulit, furtum fecit.

l. vulgaris 21. in prin. ff. h. t. l. 1. & 2. ff. d. tit.

XL.

Similiter, qui de naue onerata, aut ex pleno horreo sextarium
duntaxat frumenti, aut ex vinaria cisterna, vel naue vinaria, aliquot
solū amphoras vini sustulit, non totius frumenti, aut vini, sed eius
tantū, quod subtractum est, furtum admisit.

d. l. vulgaris 21. §. Sed si de naue, & §. seq. ff. d. t.

XLI.

Hinc etiam, qui in uolucrum, quod tollere non potuit, soluit,
ut contrectet res, quæ in eo sunt, deinde verò quasdam duntaxat con-
trectauit, fur est, ^{retractum} non est: Si verò in uolucrum illud, puta
vas solū tollere potuit, totius fur est, licet soluerit, ut singulas &
quasdam tolleret.

d. l. vulgaris 21. §. si quis ^{et d. item} maioris ff. de furtis.

XLII.

Hinc item furtum ^{non} enim facit, qui rem non contrectat, sed alij
duntaxat consilium dat, & hortatur eum, ad furtum faciendum, (a)
nisi ex eo consilio & hortatu sequatur furtum. (b)

(a) *l. Qui seruo. 36. in prin. ff. h. t. §. Certò, qui nullum, Instit. de obligat. quæ
ex delict. nasc. facit etiam l. 4. vers. Nam hac. ff. de oblig. & act. (b) d. l. Qui seruo
36. §. Item, si ff. d. t. & l. Si quis vteri 52. §. Neg. verbo ff. de furtis.*

Sic

*l. singularium 21. §. m. quas
tulit*

XLIII.

Sic sola contractatio rei ad furtum faciendum sufficit, nec opus est, ut res auferatur.

d. l. Vulgaris 21. in prin. vers. Nam & si quis & §. vltimo ff. eod. tit.

XLIII.

Deinde quia ad furtum faciendum fraus, siue dolus contractantis, ut dixi, desideratur, sequitur inde, furem non esse, qui tollit rem, quam pro derelicto habitam putat, (a) neque eum, qui putauit, se domini voluntate rem attingere. (b)

(a) *l. falsus creditor 43. §. Sed si non fuit ff. h. t.* (b) *l. Inter omnes 46. §. Rectè dictum est ff. eod. tit. §. Placuit tamen vers. At si permiffum. Instit. de oblig. quæ ex delict. nasc.*

XLV.

Tertium (ut dixi) quod ad furti requiritur formam, est animus intercipiendi & lucrandi rem, quæ contractatur. Vnde furtum non facit, qui libidinis, non furandi causa meretricem, alienam ancillam rapuit, vel celauit: (a) ut nec ille, qui iniuriæ causa ianuam effregit, quamuis inde per alios res amotæ sint. (b)

(a) *l. Verum est 39. ff. de furt. Obstat quod tradit Iul. Paul. lib. 2. sent. tit. 31. de furtis §. qui meretricem.* (b) *l. qui iniuriæ 63. in pr. d. t.*

XLVI.

Siue aut ipsius rei, siue possessionis tantum, aut vsus dumtaxat incipiendi & lucrandi causa quid contractet aliquis, furtum facit.

l. 1. §. vlt. ff. h. t. & §. Furtum est contractatio. Institut. de oblig. quæ ex del. nasc.

XLVII.

Rei intercipiendæ & lucrandæ causa contractat, qui alienam rem, id est, proprietatem cum possessione & vsu sibi affectat, (a) qualis etiam est is, cui scienti ego ignorans rem meam quasi suam tradidi, modò lucrandi animo eam acceperit: (b) Item, falsus creditor, qui sciens indebitum accepit. (c) Falsus item procurator, qui nomine veri procuratoris accepit pecuniam à debitore creditoris. (d) Qui item rem, quam pignori accepit, cum de vendendo pignore nihil conuenisset, vendidit, aut ante venditionis diem id fecit. (e) Et qui pecuniam quam ad aliquem perferendum à me accepit, posita quantitate ei numerata, reliquam in vsus suos conuertit: (f)

B 3

(a) *l. si*

(a) *l. 1. in fin. ff. de furt. & §. Furtum est cōtrectatio. Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* (b) *l. si inssu 44. §. 1. ff. de furt.* (c) *l. falsus creditor 43. in pr. ff. d. r.* (d) *d. l. falsus §. 1. l. si vendidero 80. §. falsus ff. eod. r. & l. falsus 71. C. eod. tit.* (e) *l. Si is qui pignori 68. ff. h. t.* (f) *l. Si is cui 7. C. h. t.*

XLVIII.

Possessionis intercipiendæ causâ rem contrectat debitor, qui creditori pignus datum aufert, (a) vt & dominus, qui (b) bonæ fidei possessori propriam rem amouet. (c)

(a) *Iul. Paul. lib. 2. sentent. tit. 31. de furt. §. si rem quam tibi. Cuiac. in lib. 39. Pauli ad Edict. pag. 242. vbi explicat d. l. 1. ff. de furt.* (b) *l. Itaq; fullo 12. §. 2. l. in actione 19. §. pen. & vlt. & l. seq. in prin. l. si debitor 79. ff. de furt.*

XLIX.

Vsum intercipere & lucrari expetit ille, qui rem alienam sibi cōmodatam, vel apud se depositam, vel pignori sibi datam, inuito domino in alium vsum, quàm cuius gratiâ data est, vertit.

§. furtum autem fit vers. Itaque siue creditor Institut. de oblig. quæ ex del. nasc. l. si pignore 54. in princip. l. qui iumenta 40. l. qui re 76. in princ. ff. de furt.

L.

Est & illud hîc tenendum, quod qui ea mente alienum quid contrectauit, vt lucrifaceret, tametsi mutato consilio id domino postea reddidit, fur nihilominus est, nemo enim tali peccato pœnitentia sua nocens esse desijt.

l. qui ea mente 65. ff. de furt. & l. pen. ff. vi bon. rapt.

LI.

Ex prædictis & illud patet, quòd creditor, qui rem pignori sibi obligatam debitori suo aufert, si quidem non lucrificandi causa id faciat, sed vt pignori suo incumbat, furtum non admittat.

l. cum creditor 55. ff. de furt.

LII.

Vt & illud, quod qui eo consilio arcam fregit, vt vniones tantùm tolleret, hosque furti faciendi causa contrectarit, eorum duntaxat fur-

12.
 xat furtum facit, non etiam earum rerum, quas, vt ad vniones perue-
 wiret, seposuit; atque ita contrēctauit.

l. si quid fur 22. ff. de furt.

LIII.

Accidentalis (a) furandi modus est, quo furtum vel manife-
 stò fit, vel nec manifestò, vnde furtum vel manifestum, vel nec mani-
 festum, & fur manifestus, vel nec manifestus. (b)

(a) *Affectio furti ex eius accidente ideo notanda est, quod alia atque alia
 pœna furto ob eius accidens proposita est, vt infrà ostendetur. (b) l. 2. 3. 4. l. 7. l. 8.
 l. vulgaris 21. in prin. vers. nam & si quis l. 1. s. qui opem 34. & l. seq. ff. de furt. l. de
 his 11. C. eod. t. S. furtorum autem duo sunt genera Instit. de obligat. qua ex del.
 nasc.*

LIIII.

Manifestum furtum, Ein offner Diebstal/ est, cùm fur antequam
 se reciperet, quò eo die destinauerat manere, deprehensus cum re
 furtiua fuit, vel à domino, vel ab alio in publico, vel priuato; nec ma-
 nifestum, Ein heimlicher Diebstal contra.

Per text. ad preced. thes. adscriptos.

L V.

Deprhensum accipimus & eum, quem ad comprehendendum
 quis accurrit, vel ei saltem cum testificatione acclamauit, licèt non
 ceperit: (a) vnde & raptor fur manifestus est. (b)

(a) *d. l. Si quis 7. S. sed Celsus ff. h. t. S. furtorum autem duo vers. Imò vltteri-
 us Inst. de obl. qua ex del. nasc. Cuiac. eleganter in lib. 12. quest. Papin. pag. 331.
 & lib. 11. obs. cap. 38. Peinlich Halsgerichts Ordnung Kayser Carls des V. ar-
 tic. 157. & seq. (b) l. si vendidero 8. S. cum raptos ff. de furt.*

LVI.

Contingit autem quandoque, vt quis manifestus, & nec mani-
 festus fur sit rei eiusdem: vt si quis armarium, quod tollere non pote-
 rat, aperuerit, & omnes res, quæ in eo erant, contrēctauerit, atque ita
 discesserit, deinde reuersus vnã ex his abstulerit, & antequam se re-
 ciperet, quò destinarat, deprehensus fuerit. Sed & qui segetem lu-
 ce secatur & contrēctat, eius quod secatur manifestus, & nec manifestus
 fur est.

d. l. vulgaris 21. in pr. vers. nam & si quis, & vers. seq. ff. de furt.

LVII.

Accidit item aliquando, vt vnus furti sociorum vnus mani-
 festus,

festus, alter nec manifestus fur sit. Is enim, qui opem furtum facienti fert, nunquam manifestus est: is autem, cui ille opem tulit, si deprehensus est, fur est manifestus.

l. is qui opem 34. ff. h. t. & l. ult. C. de noxal. act.

LVIII.

Est item accidentalis furandi modus, quo furtum fit, vel interdiu, vel noctu, unde furtum aliud diurnum, aliud nocturnum: & fur alius diurnus alius nocturnus.

l. si pignore 54. §. furem interdiu ff. de furt. l. furem nocturnum 9. ff. ad l. Corn. de Sicar. l. 4. §. 1. ff. ad l. Aquil. Peinlich Halsgerichts Ordnung/ Carol. V. Artic. 167. Vide Cuiac. lib. 11. obseru. cap. 19. & 27. & lib. 14. cap. 16.

LXIX.

Est & ille accidentalis furandi modus, quo furtum fit à domestico, vt si coniunx coniugi suo quid amoueat; quod furtum rerum amotio appellatur, (a) vel si filiusfam. vel seruus patri, vel domino furto quid aufert. (b)

(a) *l. si quis uxori 52. in pr. & §. 1. & 2. ff. de furt. & tot. tit. ff. & Cod. Rer. amotar. peinlich Halsgerichts Ordnung/ Caroli V. artic. 165. (b) l. ne cum filiofam. 16. & l. seq. ff. de furt.*

LX.

Similiter accidentalis quidam furandi modus est, cum ex incendio, ruina, naufragio, vel rate aut naue expugnata, res aliqua amouetur. (a) Item cum furtum fit cum effractione vel adscensione, vel adhibitis armis: (b) tum etiam si fiat furtum ope consilio alieno, qui non minùs quàm qui furtum facit: Et si prima iam vel secunda, vel tertia vice quis furtum faciat. (d)

(a) *l. is cum 18. iunct. Auth. Nauigia C. de furt. & l. 3. §. non solum & §. seq. ff. de incend. ruin. naufrag. l. si pignore 54. §. qui ferramenta ff. de furt. §. ope & consilio Inst. de obl. quæ ex del. nasc. Peinliche Halsgerichts Ordnung Caroli V. artic. 159. (b) Consilium furtiuum dare videtur, qui persuadet & impellit, atq; instruit consilio ad furtum faciendum: opem fert, qui ministerium atq; adiutorium ad surripiendas res prabet. l. is qui opem 34. l. In furti 50. §. ope consilio, & §. seq. ff. de furt. §. Interdum quoq; & §. seq. Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. l. Narratius 11. §. quamuis ff. de seru. corrup. (d) Kayser Carls des V. peinliche Halsgerichts Ordnung/ artic. 160. 161. & 162.*

Restat

LXI.

Restat obligatio & actio, (a) quæ ex furto nascitur. Obligatio furti est, qua fur astringitur necessitate soluendi id, quod ob furtum suum debet: (b) cuius nomine duplex comparata est actio; actio furti, & condictio furtiva. (c)

(a) *Delictum hoc parit obligationem §. sequens diuisio Inst. de oblig. iunct. prin. tit. Inst. de obl. quæ ex del. nasc. sed ea obligatio actionem parit per l. licet 42. §. ea obligatio ff. de procurator. (b) per §. 1. Inst. de oblig. iunct. tot. tit. ff. & C. de furt. & tot. tit. Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. (c) §. furti actio Inst. d. t. & tot. tit. ff. de Condict. furt.*

LXII.

In vtraque illa actione res furto ablata demonstrari debet, ut intelligi possit. De pondere vasorum non est necesse loqui, sed sufficit dici, lancem, vel pateram. Materia tamen adscribenda est, vtrum argentea an aurea, vel quæ alia sit. Quod si quis argentum infectum petat, & massam argenteam dicere, & pondus ponere debebit: signati verò argenti vel auri numerum complecti, veluti aures tot pluresue furto sibi abesse. Quod si de veste agatur, color eius dicendus est: si tamen iuret actor pro certo colorem se dicere non posse, remitti ei huius rei necessitas debet.

l. in actione 19. ff. de furt. De pondere est etiam tex. in l. qui vas 48. prin. ff. d. tit.

LXIII.

Actio furti est, qua pœnam furti persequimur: (a) eaq; civilis est, vel criminalis. (b) etiam ex constitutionibus Friderici Imp. (c) & Imp. Caroli V. (d)

(a) *§. ex maleficijs & §. seq. Inst. de Act. & d. §. furti actio Inst. de obl. quæ ex del. nasc. l. si pignore 54. §. cum furti actio ff. de furt. (b) l. vlt. ff. d. t. & l. vlt. ff. de priu. delict. (c) tit. 53. §. iniuria seu furtum, lib. 2. feud. (d) In der peinlichen Halsgerichts Ordnung articul. 157. & seq. & artic. 160. Tit. De pace ten. inter subd. in prin. vers. Iniuria seu furtum, lib. 2. feudor.*

LXIII.

Furti actio civilis est, qua actor furti pœnam pecuniariam sibi petit: (a) quæ vel dupli est, si furtum nec manifestum sit, vel quadrupli, si manifestum sit furtum. (b) Illa civilis est ex l. 12. tab. (c) hæc prætoria. (d) Et duplum item quadruplum totum pœna est, nec ei inest rei persecutio. (e) Sed rei verum pretium duplabitur, vel quadruplabitur, non quod interest. (f)

C

(a) l.

(a) *l. vlt. ff. de furt. & text. ad thesin 6. supra adscriptis sub lit. A.* (b) *§. pœna manifesti, Inst. de obl. quæ ex del. nasc. §. in duplum, & §. quadrupli autem Inst. de Act. Peinliche Halsgerichts Ordnung / artic. 157. ibi, dem beschädigten den Diebstal mit der zweifalt zu bezahlen / & articul. 158. ibi, Daßer dem beschädigten den Diebstal vierfältig bezahlen soll.* (c) *per §. sunt autem Inst. de Noxal. act. l. si pignore 54. §. furem ff. de furt. l. 4. §. 1. ff. ad l. Aquil, Hotom. & Vvesemb. ad d. §. pœna manifesti Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. Idem Vvesemb. in parat. ff. de furt. n. 14. dissentit Eguinar. Baro ad d. tit. Instit. de oblig. quæ ex del. nasc. d. §. furti quoq, manifesti Inst. de perpet. & tempor. act.* (e) *§. quadruplū autem Inst. de vi bon. rapt. §. furti actio Instit. de oblig. quæ ex del. nasc. & l. si pignore 54. §. cum furti actio ff. de furt. Vnde licet actor abstulerit furi rem furtiuam, nihilominus hanc habet actionem saluam, l. qui vas 48. in pr. ff. d. t.* (f) *l. in furti actione 50. ff. d. t.*

LXV.

Creditori autem actio furti in summam pignoris non debiti competit: sed vbi debitor ipse subtraxit pignus, in summam pecuniæ debite, & usurarum eius furti conuenitur. (a) Et si tabulæ vel cautiones sint amotæ, non tantum precium ipsarum tabularum, sed & summa, quæ in illis continetur, duplicatur vel quadruplicatur, modo debitum aliunde probari non possit. (b)

(a) *l. creditori 87. ff. h. t.* (b) *l. qui tabulas 27. & l. quidam 12. ff. eod. tit.*

LXVI.

Quod si duo pluresue vnum tignum furati sint, quod singuli tollere non potuerunt, singuli in solidum furti tenentur.

d. l. vulgaris 21. §. per ff. de furt. col. ita vulneratus 51. §. vlt. ff. ad l. Aquil. Vide Hotom. lib. quest. illust. quest. 33.

LXVII.

Est autem perpetua hæc actio tam manifesti quam nec manifesti furti. (a) Contra heredes tamen furis non datur, (b) nisi lite cum ipso fure contestata. (c)

(a) *l. si cum quis 41. §. Quamdiu ff. de furt. §. furti quoq, manifesti. Inst. de perpet. & temp. act.* (b) *§. non autem omnes Inst. d. t. l. Sicuti pœna 38. l. pupillia 111. §. In heredes ff. de R. l.* (c) *l. omnes 26. & l. pœnalia 125. ff. d. t. l. vn. C. Ex delict. defunct. in quantum hered. conuen.*

LXVIII.

Eius tamen, cui furtum factum est, heredi, vt & bonorum possessori, item que patri adoptiuo & legatario conceditur hæc actio.

l. si dominium 47. ff. de furt.

Quod

LXIX.

Quod si quis tignum alicui subtraxerit, idque suis ædibus iunxerit, actio de tigno iuncto in duplum competit: (a) cui duplo etiam simplum inesse dicimus. (b)

(a) *l. 1. in pr. ff. de tign. iunct. l. adeo 7. §. cum in suo vers. nec tamen ff. de adquir. rer. dom. l. in rem 23. §. tignum ff. de Rei vind. §. cum in suo, Inst. de Rer. diuis.*
 (b) *per d. §. cum in suo vers. quòd si aliqua. Inst. d. t.*

LXX.

Sed hæc de tigno iuncto actio, an etiam in duplum competat aduersus eum, qui bona fide tignum alienum ædibus suis iunxit, controuersum est. Nos id affirmamus.

Tum per tex. in d. l. in rem 23. §. signum ff. de Rei vind. tum per generalitatem tex. in d. §. cum in suo Inst. de Rer. diuis. & d. l. adeo 7. §. cum in suo ff. de adquir. rer. dom.

LXXI.

Quòd si autem ex incendio, ruina, naufragio, vel rate aut nauis expugnata res aliqua dolo malo sit amota, tunc intra annum utilem ei, cui res abest, quadrupli: post annum in simplum actio prodita est: (a) quæ hæredibus etiam datur, non etiam in heredes, nisi quatenus ad eos peruenit. (b)

(a) *l. in eum qui 18. C. de furt. & l. 1. in pr. & tot. tit. ff. de Incend. ruin. naufr.* (b) *l. 4. §. fin. ff. d. t.*

LXXII.

Nocturnum quoque furem occidere impunè licet, (a) clamore sc. adhibito, licet is telo se non defendat; (b)

(a) *l. 4. §. 1. ff. ad l. Aquil. c. 3. extra de homicid. obstare videtur, l. furem 9. ff. ad l. Corn. de Sicar. vide Cuiac. lib. 11. obs. cap. 27. & lib. 14. c. 15. & in lib. 12. quest. Papin. pag. 331.* (b) *l. si pignore 54. §. furem ff. de furt. & d. l. 4. §. 1. vers. Interdium ff. ad l. Aquil.*

LXXIII.

Est & illa furti pœna, quod fure etiam hac ciuili actione condemnatus, infamia notatur. (a) Nec potest Iudex efficere, ut furem non sequatur infamia. (b)

(a) *§. Ex quibusdam Inst. de pœn. temerè litig.* (b) *l. non poterit 63. ff. de furt.*

LXXIII.

Quòd si domesticum sit furtum, veluti si filiusfam. patri suo furto fecerit, vel seruus suo domino, cessat furti actio, (a) licet vtili actione pater suum filiumfam. conuenire possit, si hic castrense, quasi castrense, aut aduentitium peculium habeat. (b)

(a) *l. Ne cum filiofam. 16. & l. seq. in pr. ff. de furt.* (b) *l. si quis vxori 25. §. sed si filius ff. d. t.*

LXXV.

Item is cuius ope consilio furtum factum est, semper dupli actione tenetur, nunquam quadrupli.

l. Is qui opem 34. ff. h. t. & l. vlt. C. de Noxal. act. Et huius actionis hac olim formula fuit: Ope consilio tuo furtum factum esse aio. l. si seruus seruum 27. §. si quis de manu. ff. ad l. Aquil.

LXXVI.

Similiter si libertus patrono, vel cliens, vel mercenarius ei, qui eum conduxit, furtum fecerit leue, furti actio non nascitur.

l. si libertus 89. ff. de furt. & l. perspicendum 11. §. 1. ff. de poenis.

LXXVII.

Neque etiam coniunx coniugem actione furti constante matrimonio admissi conuenire potest, (a) sed eius vice habet actionem rerum amotarum, (b) in id duntaxat, vt res restituatur, etiam si ea ad coniugem non peruenerit. (c)

(a) *l. Vxor. 5. ff. Expil. hered. & l. si quis vxori 52. §. 1. ff. de furt.* (b) *d. l. si quis §. Ipsa quoque ff. d. t. & tot. tit. ff. Rer. amot.* (c) *l. & si diuortij 19. ff. d. tit.*

LXXVIII.

Et quia rei persecutoria hæc actio est, licet ex delicto nascatur, non modò heredibus, (a) sed & in heredes competit. (b)

(a) *l. si mulier 21. §. pen. ff. Rer. amot.* (b) *l. contra vnum 6. §. Item, heres mulieris. ff. d. t.*

LXXIX.

Sequitur de Condiçione furtiua, quæ est, quâ quis rem (a) sibi furto ablatam, vel si non extet, eius æstimationem, (b) cum fructibus, (c) & interesse (d) à fure, vel eius herede (e) restitui petit.

(a) *l. si pro fure 7. §. 1. ibi, condiçionem ipsam, & §. 2. ibi, quia rei habet persecutionem, l. in re 8. in pr. ibi, ipsorum corporum competit. ff. de Condiçt. furt.* (b) *d. l. 1. n*

d.l. in re 8. in pr. & §. 1. ff. d. t. (c) d.l. in re 8. §. vlt. ff. Eod. (d) l. 3. ff. d. t. (e) l. 2. l. 5. l. si pro fure 7. §. vlt. l. in condictione 9. ff. eod. tit.

LXXX

In æstimatione autem rei furtivæ amplius non existentis spectamus tempus, quo ea res vnquam plurimi fuit.

d.l. in re 8. §. 1. ff. de Condict. furt.

LXXXI.

Et heres furis etiam in solidum tenetur, non in id tantum quod ad eum peruenit.

l. si pro fure 7. §. 2. vers. sed et si, ibi, vel non apud ipsum, & l. in condictione 9. ff. de Condict. furt. & ibi, Vvesemb. in paratit. Gomes. tract. var. resolut. tom. 3. cap. 1. num. 85. Hartman. Pistoris lib. 1. quest. Iur. quest. 27. Petr. Faber ad l. Sicuti pœna 38. n. 20. & l. ad ea 157. §. vlt. ff. de R. I. & Act. Fab. lib. 4. coniect. cap. 1. Dissentit Cuiac. lib. 7. obseru. cap. 23. & lib. 13. cap. 37.

LXXXII.

Est autem duplex hæc conditio, certi & incerti: (a) illa datur soli domino, cui furtum factum est: (b) hæc soli possessori, veluti creditori, cui pignus furto ablatum est. (c) Itemque commodatario, (d) vt & bonæ fidei possessori. (e)

(a) *l. Et ideo 12. §. vlt. ff. de Condict. furt. (b) l. 1. ff. d. t. Cuiac. in parat. Cod. tit. eodem & in lib. 9. question. Papin. pag. 222. col. 1. & in lib. 39. Pauli ad Edictum, pag. 247. (c) d.l. Et ideo 12. §. vlt. ff. eod. tit. & l. si pignore 22. in pr. vers. multò magis ff. de pignor. act. (d) per l. vlt. §. sed cum in secundam, ibi, non tantum in rem furtiuam C. de furt. Ioan. Vaud. lib. 1. quest. 34. (e) per l. 2. in fin. ff. de Condict. tritic. l. verum est, 25. ibi, posse condici possessionem ff. de furt. Cuiac. in lib. 9. quest. Papin. pag. 222. col. 1. & Ioan. Vaudus dict. quest. 34.*

LXXXIII.

Quòd si quæras de causa huius actionis, an sc. ex delicto sit, vel habenda in numero earum actionum, quæ ex varijs causarum figuris natæ dicuntur? (a) Respondemus ex maleficio eam natam esse, (b) licet alijs secus videatur. (c)

(a) *in l. 1. in pr. ff. de oblig. & Act. (b) l. si ambo 10. §. quotiens ff. de Compensat. & l. si mulier 21. §. hæc actio ff. de act. rer. amotar. Donel. ad §. sequens illa diuisio, nu. 10. Inst. de action. (c) vide Iason. ad l. 7. §. fin. ff. de Condict. furt. & Arg. ad §. 1. Inst. de Act.*

LXXXIII.

Est & illud hîc monendum, quòd cum actione furti, & condictione fur-

ne furtiua concurret etiam Rei vindicatio, (a) & actio ad exhibendum, (b) Item publiciana in rem actio. (c)

(a) *d. vlt. Instit. de obligationib. quæ ex delict. nasc. l. furti §. 12. ibi vel aduersus possidentem. l. furti 15. l. quamuis 17. C. de furtis.* (b) *l. si profure 7. §. 1. ff. de condict. furt. l. Hoc amplius 29. ff. de furtis.* (c) *Per §. sed iste quidem. Instit. de Actionib. & l. quæcunq; 13. in prin. & Tet. tit. de public. in rem act.*

XC V.

Et licet furti actum sit, salua tamen est rei vindicatio, item que publiciana in re actio, vt & condictio furtiua (a) Sed si actum sit condictio furtiua, quæ recepit actor rem furtiuam, aut eius æstimationem, omninò absoluendus est Reus à rei vindicatione & publiciana in rem actionem: aut si petitor paratus sit restituere æstimationem acceptam, & rem ipsam petere malit audiendus erit: quo casu si res ipsa furtiua non restituatur, quantum in litem actor iurauerit, damnandus est ei possessor. (b)

(a) *l. si pignore 54. §. Cum furti §. de furtis.* (b) *l. si qui 9. ff. d. t.*

LXXXVI.

Et vindicationem, aut publicianam in rem actionem stringere quis potest, non modò contra ipsummet furem, sed & quemuis etiam bonæ fidei possessorem (a) rei furtiue, etiam si magistratus fuerit, cui ea res tradita fuit, non obstante loci contraria consuetudine. (b)

(a) *l. 2. C. de furtis.* (b) *Kaysers Karl des V. Peintliche Halsgerichts Ordnung/articul. 209. & seqq.*

LXXXVII.

Supereft, vt de actione furti criminali agamus. Criminalis furti actio, siue accusatio (a) est, qua actor furem, ad Iudicis criminalis tribunal ductum, (b) arbitraria animaduersione coerceri petit. (c)

(a) *Criminalis actio, non extraordinaria, proprie, accusatio dicitur. l. 3. ff. de extraordinar. criminib. & l. 1. c. de excusat tuto. Ipsa tamen accusatio etiam generali actionis appellatione continetur. l. 1. & Rubr. C. Quando civilis act. criminali presidis, d. l. vlt. ff. de furt. l. 3. ibi vt veniant ad earum agendam. C. De his, qui accusare non poss. (b) l. Interdum 56. §. 1. ff. de furtis. l. 1. in prin. ff. de offic. & l. pen. ff. de condit. causa dat. prefect. vrbi. (c) l. vltimo ff. de furtis, & l. vlt. ff. de priuatis delictis.*

Sedan

Sed an hoc criminale furti iudicium publicum hodie sit, ex noua Caroli V. constitutione pœnali: an verò adhuc sit extraordinarium in quæstionem vocatur? (a) Nobis nec eo iure nouo publicum videtur. (b)

(a) Vide *l. ad l. cum seruus n. 4 ff. de condit. causa dat causa non secut. & Boff. in Practic. criminal. Tir. de furt. num. 59.* (b) Cùm enim noua illa Imperiali cōstitutione publicū esse specialiter non iubeatur, veteri Iustiniano iure extraordinarium dicendum erit, per *l. præcipimus 32. in fin. C. de appellat.* Neque obstat, quod hoc furti iudicium, accusationem habet, & in eo crimen vertitur. Non omne enim iudicium, quod accusationem habet, publicum est, *l. 3. ff. de extraordin. criminib.* Neq; omne iudicium, in quo crimen vertitur, est publicum, sed illud tantum, quod ex legib. publicorum iudiciorum venit. *l. 1. de public. iud.* Nihil quæque obstat, quod ex noua illa sanctione fures quidam vltimo afficiuntur supplicio. Nam & extraordinario iudicio pulsati quidam vltimo coercentur supplicio, vel alio capitali pœna, *d. l. pen. ff. de condit. causa dat causa non secut. l. 3. §. aduersus 23. ff. l. vlt. ff. de Sepulchro. Nicol. l. 4. C. eod.*

LXXXVI.

Variè autem pro qualitate furti plectitur fur, qui in criminale iudicium deductus, & de furto conuictus fuit. (a) Qui enim occultè, & sine armis, sine effractione, sine adscensione furtum admisit, Iustiniani constitutione castigari iubeatur. (b) Sanctione Carolina, si huiusmodi furtum primum sit & leue, infra florenos quinque, duplo rei ablatae punitur: quam pœnam si ob inopiam soluere non possit, carceris coercionem sustinere iubeatur: ita tamen, vt ad minimum etiam læso restituat simplum, & religiosè affirmet, nullo vnquam se tempore vlturum hanc coercionem. (c)

(a) *l. aut facta 16. §. tempus, & §. seq. ff. de pœnis facta 16. §. tempus, & §. seq. ff. de pœnis.* (b) *Auth. Sed nouo iure. C. de seruis fugitiuis. C. Peinliche Halsgerichts Ordnung Kayser Carls/der V. Articul 157.*

XC.

Quòd si autem manifestus sit fur, & prima iam vice furtum admiserit, maius tamen quinque florenis, sed absque effractione aut adscensione, ex Carolina constitutione, pœna eius est in famosa columna publicatio, item castigatio, & relegatio, cum

iuratoria de non offendendo in perpetuum affirmatione. Quòd si autem de eo spes fit corrigendi, videl. mores & vitæ melioris, potest iudex ex permisso magistratus eum ciuilitèr condemnare, ita, vt læso furtum in quadruplo restituat: aut si ob egestatem pecuniariã pœnam exsoluere nequeat, carceri eum aliquandiu mancipet, & cum ex eo emittitur, iuratoriam de non offendendo promissionem ab ipso exigat, *Peinliche Halsgerichts Ordnung Kayser Carls des V. Artic. 158.*

XCI.

Sin furtum ^{ad} ~~fit factum~~ ^{faciendum} ~~ad~~ effringendum ostium, vel armarium ferramentis, aut scalis ascendendum, vel etiã armis, siue interdiu, siue noctu furtum sit factum, siue prius, siue alterum, siue item leue, siue item magnum sit furtum, tunc viro halitus laqueo impeditur, & furcã suspenditur, scœmina verò immersione in aquam, & suffocatione eiusmodi coërcetur, aut pro conditione personæ, & arbitrio Iudicis aliter punitur, vel oculorum euulsione, vel manus vnus amputatione, vel aliter.

Auth. Sed nouo iure. C. de seruis fugitiuis, Peinliche Halsgerichts Ordnung Kayser Carls artic. 159.

XCII.

Friderici quoque constitutio (a) furem suspendi iubet, si quinque solidos aut plus fuerit furatus: Sin minus scopis & forcipe excoriari & tundi. Vnde quæsitum est, quid solidus sit in ea constitutionem? Alij (b) solidum ibi pro Vngarico accipiunt. alij (c) pro asse siue grosso Misnico: quæ posterior interpretatio videtur probabilior. (d)

(a) *Tit. 27. §. Si quis quinq, lib. 2. feud. (b) Vvesenb. in paratit. ff. de furtis. num. 15. vide & Bernh. Vvurmserum, lib. pract. obseruat. Tit. 49. de vbor. significat. obseruat. 11. (c) Ioannes Borcholt. in commentar. in tit. de pact. cap. 2. in secund. pact. diuis. num. 14. (d) dict. Tit. 27. §. Si quis rusticus, vel arma tollat, vel viginti solidos pro ipsis recipiat. lib. 2. feudorum. Non constat, quòd iniquum videatur. pro quinque solidis vulgarib. furem suspendi. Ne ea Friderici constitutio, non loquitur de simplici furto, sed cui fracta pacis criminis inest, Vti Rubrica arguit, & tradit Angel. Tractat. de malefic. in verb. Et v. em coelestem, num. 12. Aluarot. ad dict. §. Si quis quinque solidos, num. 7. Salic. n. 5. & Sichard. num. 15. in Auth. Sed nouo iure. C. de seruis fugitiuis. 1. as. ad §. ex maleficijs, num. 3. Commez, lib. 3. cap. 5. nu. 9.*

Quòd

XCIII.

Quòd si fur prima iam vice admiserit furtum, vel quinque florenorum, vel maius, sine effractione tamen & ascensione, aut armis, dispiciendum est, manifestum, vel nec manifestum sit furtum: spectanda item furti quantitas & personæ conditio, quantumque detrimentum læso furtum illud adferat, & pro eiusmodi aliqua qualitate corpore, aut vita fur ille iuxta consilium iuris peritorum plectendus erit.

d. l. aut facta 16. §. locus & §. seqq. ff. de pœnis, Peinlich Halsgerichts Ordnung Kayser Karls/der V. Articul/160. Vide Guidon Papa in decis. quest. 589. num. 1. & ibi in addit.

XCIII.

Sed fur si rupto laqueo viuis in terram deciderit, nunquid adhuc strangulari debet? Affirmantium opinio veritati propior videtur.

Peinliche Halsgerichts Ordnung Kayser Carls des V. Articul 162. vers. ibi, Der Man / mit dem Strang vom leben zum todt gestrafft werden. At vide Alciat. de presumpt. Reg. 3. presumpt. 44. nu. 6. Dec. nu. 8. & Cagnol. nu. 11. ad l. Favorabiliores 125. ff. de reg. iur. & Tiraquel. de pœnis temperand. causa vlt.

XCV.

Sin furtum iteratò quis fecerit, absque ferramentis tamen scalis & armis, siue manifestum, siue nec manifestum fuerit, vtrumque autem furtum illud precio suo minus sit florenis quinque, tunc fur ille famosa in columna spectandus poni, & ex prouincia illa relegari, aut illi districtui in quo deliquit, mancipari in perpetuum potest, exacta tamen ab eo religiosa de non offendendo cautione. Quòd si autem duo illa furta florenorum sint quinque, aut maiora, pro qualitate personæ, & furti quantitate, alijsque circumstantijs, ex Iurisconsultorum consilio puniri fur debet.

Peinliche Halsgerichts Ordnung Kayser Carls des V. Articul. 161.

XCVI.

Quòd si quis tertia vice furtum fecerit, laqueo in furca vitam finire, si mas sit: fœmina verò immersione in aquam vel aliter iuxta loci consuetudinem vitam amittere debet.

Peinliche Halsgerichts Ordnung Kayser Carls des V. Articul/162.

XCVII.

Hic quæri potest, si statutum iubeat, furem pro tribus furtis suspendi,

D

pendi,

pendi, an fur pro vno magno furto suspendi possit. Negantium opinio & æquior & verior existimatur.

*Aretin. & Salic. ad dict. Auth. comment. Tit. de furtis num. 7. Roland. à val-
le. consil. 51. nu. 43. vol. 1. Nonnulli tamen dissentiunt per l. si is qui tres §. vlt. de ex-
cusation. tutor.*

XCVIII.

Si fur adhuc impubes fuerit, pœna illius in corpore arbitraria erit, cum exacta de non offendendo in perpetuū cautione: sin proximus erit pubertati, pro qualitate personæ, & furci quantitate, alijsque circumstantijs, iuxta consilium iurisperitorum pecuniaria vel corporali pœna affici debet.

Dicta Ordinat. Caroli V. Artic. 164. Clarus lib. 5. §. final. quest. 60. nu. 3. Gomez. de delictis, cap. 1. nu. 62. & seq.

XCIX.

Similiter qui impulsus necessitate famis aut nuditatis, qua ipse aut cōiux, aut proles eius premitur, edulia aut vestem furatus est, pro quantitate furci, ex iurisconsultorum consilio, vel puniri, vel impunitus relinqui debet, vt præcipit Carolina sanctio. (a) Sed iure Canonico hebdomadas tres pœnitere iubetur, non autem ieiunare, si reddiderit. (b)

(a) *Dict. ordinat. articul. 166. (b) c. 3. extra de furtis, vide quoque c. Discipulos, & c. seq. de consecrat. distinct. 5. & Cognol. ad l. Quorum propter 162. ff. de reg. iur.*

C.

Haftenus de furto; sequitur de Rapina. Rapina est delictum iure prætorio priuatum, quo quis vi rem mobilem lucrifaciendi causa alicui eripit.

l. in duob. 28. §. Si quis iurauerit. ff. de iureiur. l. 1. l. 2. §. ceterum, & §. Si enim re deposita ff. vi bonor. raptor l. Si vendidero 8. §. Ceterum cuius dolo. ff. de furtis §. pen. & vlt. Instit. De vi bonor. raptor. Dico autem iure prætorio priuatum hac esse delictum. Nam ex alio iure etiam publicum. d. l. 2. §. Si in re deposita ff. eod. tit.

CI.

Omnis quidem raptor, qui ipsemet rem rapit, fur est, (a) & quidem fur improbus dicitur, (b) & fur atrocior: (c) at non omnis fur raptor est. (d) Et licet qui raptori opem consilium tulit, pro raptore habeatur, fur tamen non est,

(a) d. l.

(a) *d.l. Si vendidero 80. §. Cum raptor. ff. de furtis.* (b) *l. Si cum exceptione. §. Qui vim. ff. Quod metus causa, d.l. 2. §. etiam ff. vi bonor. raptor. & Tit. Instit. De vi bonor. raptor. in prin.* (c) *l. 1. §. 1 ff. de effractorib. & expilator.* (d) *l. In duobus 28. §. Si quis iurauerit, ff. de iureiurando, & d.l. 2. §. Si in re deposita, ff. vi bonor. raptor. Cuiac. lib. 6. obseruat. cap. 21. d.l. Si vendidero 80. §. Is autem cuius dolo, ff. de furtis.*

CII.

Et ut furtum aliud manifestum est, aliud nec manifestum, sic & rapina alia manifesta est, alia nec manifesta: (a) & ex manifesta rapina, ut quæ fit palam præsentis & resistenti, vel reclamanti, etiam furti manifesti quis agere potest, ut de non manifesta rapina furti nec manifesti. (b)

(a) *d.l. Si vendidero 80. §. cum raptor. & d.l. Si quis uxori 52. §. vlt. ff. de furtis* (b) *Per textum iam adductos, & sentit Cuiac. in lib. 12. quest. Papin. pag. 330. & seq. Hotom. ad Tit. Instit. de vi bonorum raptor.*

CIII.

Ex hoc delicto nascitur prætoriana actio vi bonorum raptorum, quæ datur omnibus, quorum interest rem raptam non esse (a) intra annum utilem (b) in quadruplum, post annum in simplum: cui tamen quadruplo rei persecutio inest,

(a) *§. Vlt. Instit. De vi bonor. raptor. l. 2. §. in hac actione non utiq. ff. eod. tit.* (b) *Dict. l. 2. §. in hac actione intra annum, ff. d. t. C. dict. tit. Instit. de vi bonor. raptor. in prin. l. 1. ff. eod. Cur autem raptor mitius puniatur, quam fur manifestus, nullam sufficientem rationem tradi posse sentiunt Dd. ad prin. Tit. Instit. de vi bonor. raptor. At quod hic mitius puniatur etiam ciuilitate, quam manifestus fur, plane negamus: quippe cum etiam manifesti furti actio contra eum sit comparata, ut antea diximus.*

CIIII.

Et datur contra eum, qui dolo malo (a) rem alienam rapuit, non etiam aduersus eius successores, quia pœnalis est. Hereditamen cæterisque successoribus competit. (b)

(a) *l. 2. §. dolo autem, & §. Hac actione is. §. Vi bonorum raptorum 19. ff. Vi bonor. raptor.* (b) *d.l. 2. §. vlt. ff. eod. & §. 1. Instit. de perpet. & temp. ait.*

CV.

Ipsarum quoque rerum raptarum nomine condictio, itemque vindicatione agi potest.

d.l. 2. §. pen. & vlt. in fin. ff. vi bonor. & rapt.

D 2

Potest

CVI.

Potest quoque actor omiſſa hac ciuili actione extra ordinem criminaliter contra raptorem experiri.

l. vlt. ff. de priuat. delict.

CVII.

Eſt & illud hic notandum, quod quis nec propriam rem alij eripere authoritate propria poteſt, niſi ſpoliatus in continenti rem ſuam recuperet: (a) alioqui dominium rei ſuæ amittit. (b)

(a) *l. 3. §. Eum igitur, ff. de vi & vi armat.* (b) *l. Si quis in tantam. C. Vnde vi. l. extat ff. de eo quod metus cauſa.*

CVIII.

Coronidis loco, & illud hic de furto & rapina ſubijcere placet, quod iudex ad inquirendas res furtiuas, & vi raptas ingredi poteſt domos ſubditorum, qui præſumptionibus & indiſijs aliquibus grauati comperiuntur.

Vide Cognol. ad l. Nemo 104. nu. 3. ff. de reg. iur. & Dd. l. C. de ſeruis fugitiuis. Cuiac. ad Iul. Paul. lib. 2. ſentent. Tit. 31.

FINIS DISPUTATIONIS
PRIME.

Ka 3071

(3/4)

ULB Halle

3

003 261 573



sb

Blind. 3/1.





CLASSIS TERTIÆ
Disputatio I.

DE MALEFICIO IN GENERE:
in specie verò, de furto & ra-
pina,

Q V A M;

Auspice D. O. M.

P R Æ S I D E

CLARISSIMO
ET CONSULTISSIMO VIRO,
DOMINO HENRICO BOCERO, V. I. D. ET PRO-
fessore in Illustri Tubingensium Academia celeberrimo,
praeceptore per honorando:

ORDINARIII EXERCITII GRATIA
hora, locoque consuetis pro ingenij viribus defen-
dere conabitur

SIMON HÄNDL AVSTRIACVS.



TUBINGÆ,
Apud Georgium Gruppenbachium,

ANNO M. D. XCVII.

